

- 10 Concordat Jus Civile Romanum, licet enim illud domicilii causam, quoad constituentis intentionem, dicat perpetuam, id tamen non alio modo fit, quam quodos, matrimonium &c. perpetua quoque dicuntur, licet eventus sæpius illa non perpetua sed temporaria esse testetur, indeque de Jure Civili omnes regulariter jus & facultatem habent domicilium suum mutandi. *l. 5. §. 3. l. 12. §. 9. ff. d. capt. & postlim. l. 20. l. 31. ff. ad municip.* eoque respectu domicilii ratio dicitur esse temporaria, *in l. 17. §. 11. ff. Eod.* Nec dissentiunt Jura Imperii nostri, unicuique liberam domicilium mutandi facultatem concedentia, vid. *Rec. Imp. de anno 1655. §. Wo aber unsere 24* de quorum jurium observantia testantur. *Dn. Rhet. Inst. Jur. publ. l. 2. tit. 14. §. 6. Gail. l. 2. O. 36. n. 4. ibique Græven. consid. 2. n. 3. Myler ab Ehrenbach. d. Princip. & Stat. Imp. c. 63. §. 4. Mev. p. 5. dec. 240. & ad Jus Lub. l. 1. tit. 2. art. 2. n. 69. Manz. dec. Palatin. quest. 18. Ddres ad l. 31. ff. ad Municip. ad unum omnes.* Nec in contrarium quicquam facit *c. 16. Aur. Bull.* ubi Imperator Carolus IV. expresse vetat, cives & subditos Statuum Imperii in aliarum civitatum cives admitti, ex quo inferri posse videtur, quasi subditis in Imperio nostro non liceat ex uno loco in alium migrare ac domicilium mutare, cum frustranea foret receptionis prohibitio, si alio migrare liceret. Loquitur enim A. B. de eo qui in fraudem superioris, jura alterius civitatis ambit, illisque in loco domicilii sui, quod non mutavit, uti cupit; ne-tiquam verò de eo, qui relicto priori domicilio in aliam civitatem transit, ibique sedem constituit, ut proinde ob manifestam diversitatis rationem ille textus huc trahi nequeat. Buxtorff & Limn. *ad A. B. d. l.* Ne-